

ex eis constitui augmentum, sive multiplicum, ut hac promta, & parata pecunia cuicumque necessitati hujus nostrae Almae Urbis, ejusque districtus, & praecipue tempore sterilitatis, aut penuriae, a quibus subditos nostros Divina Clementia immunes custodiat, opportune subveniri, ac provideri possit.

Statuitur, ut praedicta Congregatio bis in mense habeatur.

§.11. Circa vero praemissorum, & omnium a Nobis statutorum, & dispositorum plenam executionem, & integrum adimplementum, eandem Congregationem Praelatorum, aliorumque, ut supra a Nobis nominatorum, & deputatorum sedulo incumbere, & invigilare jubemus. Quam Congregationem bis in mense superius haberi mandavimus, ut crebrioribus Congressibus melius, celeriusque tam regimini economico Annonae, quam politico Agrariae Artis consulatur in utriusque beneficium, & incrementum, audiendo, si qui sient, Mercatorum, Piscorumque recursus, iisque opportunis determinationibus providendo, mercaturam, venditionem, & pretium tritici, tam Agri Romani, & Districtus eius, quam totius nostri domini curando, & moderando, ac demum super observantia omnium, & singulorum in hoc nostro motu proprio contentorum, ac praceptorum solerter invigilando, atque iustitendo.

Facultates quaedam eidem conceduntur, & in iungitur ex quo praedictorum.

§.12. Praecipimus etiam Congregationi, & deputatis praedictis, & eorum singulis, ut praesentes nostras literas, inque eis contenta quaecumque, observent, & exequantur, ac firmiter, & inviolabiliter executioni mandari, & observari faciant ab universis, & singulis personis tam Ecclesiasticis, Saecularibus, & Regularibus, quam laicis cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, dantes Nos eidem Congregationi in praemissis, & circa ea plenam, & omnimodam, atque eam, quam Nos ipsi habemus facultatem, & potestatem, declarandi, & decidendi quidquid in praesenti nostro Motu proprio opus esse videbitur; Necnon quaecumque Edicta, seu Bannimenta, etiam poenalia pro praemissorum observatione, & executione necessaria, & opportuna fuerint faciendi, & publicandi.

Clausula derogatoria.

§.13. Haec omnia fieri, & servari statuimus non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam speciali nota dignis, huic nostrae Constitutioni quomodolibet fortasse adversantibus, eaque praesertim quatenus opus sit, quam fel. rec. Pius IV. Antecessor vulgavit de registrandis, itaut praesentes litterae nostrae absque alia in Camera nostra admisione, & registratione valida sint, suamque fortiantur effectum, Non obstantibus quoque Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcumque juramento, confirmatione Apostolica, & quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, reformationibus, Decretis: privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, Communitatibus, Universitatibus, Baronibus, aliisque praedictis, & quibusvis a Sede Apostolica, vel a nobis forsitan concessis, ac etiam confirmatis, approbatis, & renovatis, quae eis quoad praemissa volumus non suffragari, etiam si talia essent, quae sub generali expressione non venirent, sed de illis specialis, & individua mentio habenda foret in genere, vel in specie, & sub quibuscumque te-

noribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in contrarium praemissorum, quae praesentibus quomodolibet obtulere possent, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, & expressa, ac individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, pro plene, & sufficienter, praesentibus expressis, & totaliter insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice dumtaxat speciatim, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.14. Volumus etiam solam praesentium signaturam nostram sufficere, etiam absque data, & registratura, regula quacumque contraria pariter non obstante.

§.15. Insuper haec nostrae litterae in quavis forma expediri possint cum clausulis opportunis, earundemque literarum transumptis, & typis impressis, manu unius Camerae Nostrae Apostolicae Notarii subscriptis, & sigillo alicujus ex Congregatione praedicta obsegnatis, in iudicio, & extra plene fides adhibeatur.

Datum Romae apud S. M. Majorem Idibus Octobris MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

XCVII.

Publicatur Concilium Romanum.

Dat. 25. Oct. 1725. Ana.

Hoc Romanum Concilium indictum fuit hujus P. Constit. ed. 1724. Decemb. 24. P. 1. & alia Constit. ed. 1725. Mart. 24. P. 1. prorogata fuit celebratio ad diem 15. Aprilis ejusdem anni 1725.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Venerabilibus Fratribus, Dilectisque filiis, Archiepiscopis, Episcopis, & Abbatibus, ceterisque, qui Concilio nostro Romano, nuper a Nobis coacto, & Dei gratia solemniter absoluto, interfuerunt, vel interesse debuerant, salutem, et Apostolicam benedictionem.

Concilium Romanum, prodiisse significatur.

§.1. Quatuor cum supra centum Romani Nostri Concilii Decreta sub duobus, & triginta Titulis, Decretalium more, disposita, octo inter solemnes Sessiones, mensibus proxime praeteritis Aprilis, & Majo, Sacrosancta in Basilica nostra Lateranensi a Nobis cum vestrum omnium conventu, celebratas unanimi consensu lecta, lata, & promulgata fuerint, atque in unum inde collecta volumen, illarum etiam Appendicem referens sanctionum, & Constitutionum quas ejusdem Concilii occasione statuendas judicavimus, cum originalibus jam collata, typis Alma in hac Urbe nostra solite imprimenda curaverimus; illam tandem post quatuor plane menses, in ipsis diligenter, emendateque cudendis infusimos, decurrente hoc mense in lucem publicam prodiisse, significamus.

Præscribitur dies, a quo omnes Concilii decretis obligentur.

§.2. Ne vero aliquam super iis, quibus, ut evitentur, vel executioni mandentur, certa ibi tem-

tempora praestituuntur, quandonam scilicet eos, ad quos pertinent, obligare coeperint, dubitationem suboriri contingat, omnes, & singuli praesentium vigore, volumus a die inferius signanda, Decretis ipsis Concilii, universisque aliis Sanctionibus, & Constitutionibus ibidem relatis, obligari coepisse sciant, prout eos obligatos esse, denunciamus.

§.3. Ut hoc autem ad omnium notitiam perveniat, nostras has literas de More in Alma ejusdem nostrae Urbis locis solitis legi, publicari, & affigi jubemus; ac inde cujuspiam excusationem, quod ea ignoraverit, ullatenus non admitti, auctoritate Apostolica, statuimus, ac declaramus; quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem die XXV. Octobris MDCCXXV. Pontificatus nostri anno Secundo.

XCVIII.

Dat. 1725. 10. Decemb. Ana. 25.

Confirmantur Ordini universo Tertiariorum, S. Francisci Privilegia omnia alias concessa: necnon idem jurisdictioni, & Regimini Ministris Generalis totius Ordinis Minorum denovo subjicitur cum quibusdam ordinationibus.

Alia hujus Const. 1725. Maii 2. P. 1. confirmata fuit quaedam Greg. XV. Const. de non recipiendis Fratribus tertii Ordinis S. Francisci Provinciae S. Joannis Galliae.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Paterina Sedis Apostolicae providentia erga pios homines sub habitu humilitatis, & poenitentiae Deo famulantes, saepe Romanos Pontifices, Antecessores nostros impulit, pro eorum solatio, & commodo pridem concessa approbare, & renovare, etiam approbata, rursus Apostolica auctoritate munire, ut eo firmiora persisterent, quo saepius essent ejusdem Sedis auctoritate suscita. Hinc ut Ordinis Tertiariorum Beati Francisci de Poenitentia nuncupati, qui in tres status divisus, Saecularium scilicet, collegialiter viventium, & Regularium, magnos pietatis, & doctrinae fructus in Ecclesia Dei semper protulit, & quotidie proferre fatagat, quieti, regimini, atque incremento probe consuleretur, ab iisdem Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostris complures Litterae diversis temporibus jamdudum vulgatae fuerunt, in quibus variae gratiae, favores, Immunitates, exemptiones, Indulgentiae, declarationes, facultates, privilegia, & indulta eidem immediate, & directe, vel etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, praesertim Fratrum Minorum concessa, ampliata, extensa, & confirmata fuere, prout in ipsis Apostolicis Litteris plenius, & uberius continetur.

Variae gratiae Ordini Praedicto a Romanis Pontificibus concessas fuisse indicatur.

Causae praesentis confirmationis.

§.1. Cum autem, sicut accepimus, per hujusmodi concessionem, ampliationem, declarationem, extensionem, communicationem, & confirmationem, adhuc omnimoda ejusdem Ordinis, & illius Professorum tranquillitati plene,

ut decet, non consulatur, asserentibus nonnullis gratias, & Indulta hujusmodi non esse in usu, vel revocata, aut restricta fuisse, nec ea parte subsistere, quae directionem, curam, & regimen eorumdem Tertiariorum concernit, sive Tertiarios tantum Regulares, seu sub clausura, vel collegialiter dumtaxat viventes respicere, non autem alios in Saeculo commorantes; cum tamen idem Ordo pro utriusque Sexus Christianidelibus in ipso Saeculo, & in conjugio, propriisque Domibus manentibus, a Beato Francisco institutus, non nisi quattodecimo habente saeculo in Italia praesertim ad statum Religionis fuerit evectus, & propterea Tertiarios hujusmodi ab Ordinariis Locorum alicubi controversis, & litibus in dies molestanti, ac perturbari contingat, non sine ejusdem Instituti, & Fratrum ipsorum detrimento, & quietis iactura.

Abolentur motu proprio contra veritas hac fuerit excitata.

§.2. Ideo Nos attenta consideratione penitantes, quantum utilitatis Catholicae Religionis, morumque instaurationi per humilitatis, siveque abjectionis exempla Ordinis praedicti professores haftenus attulerint, & in posterum, juvante Domino, asserere valeant, ac proinde volentes, ut decet, eorum conservationi, incremento, & tranquillitati uberius providere, motu proprio, non ad ipsorum Fratrum, aut Sororum, nec alterius pro his Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa nostra scientia, ratione eorum, quam profiteamur, altissima paupertatis, omnes, & singulas lites, ac controversias tum in prima, tum etiam in secunda, & ultima Instantia actu pendentes, ac coram quibuscumque Iudicibus, & Tribunalibus, quantumvis exemptis, & privilegiatis, etiam pravia Commissione manu Nostra signata, vel coram Palatii Apostolici causarum Auditoribus, aut Sacris Congregationibus, necnon Nostri, & Sanctae Sedis de Latere Legatis aetas, ipsaque, eorumque status, nomina, & cognomina Iudicium, & Conlignantium, aliorumque, necessarios exprimendorum qualitates, & circumstantias, praesentibus Litteris pro sufficienter expressis habentes, & ad Nos advocantes, harum serie extinguimus, cassamus, & abolemus, perpetuumque silentium de cetero eis imponi volumus, & mandamus.

Confirmatio praedicta gratiarum omnium, & privilegiorum.

§.3. Quaecumque insuper Litteras, & gratias tam spirituales quam temporales, concessionem, indulgentias, exemptiones, indulta, privilegia, communicationes, extensiones, libertates, praerogativas, favores, peccatorum remissiones, & similia tam in genere, quam in specie Fratribus, & Sororibus praedictis de Poenitentia, eorumque Monasteriis, Domibus, Conservatoriis, aut aliis quovis nomine nuncupatis habitationibus, Ecclesiis etiam Oratoriis, & Capellis vel immediate, & directe, aut etiam per communicationem cum aliis Ordinibus, & praesertim Fratrum Minorum, a Romanis Pontificibus Antecessoribus Nostri, quomodolibet concessa, quorum tenorem, ac si de verbo ad verbum his Nostri Litteris inferretur, haberi volumus pro expresso, harum serie approbamus, & confirmamus, ac pro potiori cautela, Apostolica auctoritate singula de novo concedimus, & largimur.

Declaratur praedictus Ordo Tertiarius.

§.4. Ut vero detractorum calumniis adversus hunc Ordinem, quantum Nobis ex alto conceditur,

nno conce-  
duntur Ordi-  
ni universo in  
indulgentias &  
gratias  
concedas an-  
teq. uni vel  
alteri ejusd.  
Congregatio-  
nis.

Regula sua prescriptis, omnes, & singulas con-  
cessionis, & gratias tam spirituales, quam  
temporales, indulgentias presertim per quos-  
cumque Romanos Pontifices Predecessores No-  
stros uni, vel alteri Congregationi Tertii Or-  
dinis hujusmodi, sive Secularium, sive colle-  
gialiter viventium, sive etiam Religiosorum,  
eorumque personis, atque Monasteriis, Domi-  
bus, Conservatoriis, Ecclesiis, Hospitalibus,  
Capellis, & Locis quibuscumque, tam directe,  
& specificis, quam etiam per communicationem  
cum aliis Ordinibus, Minorum scilicet, Sanctae  
Clarae, Praedicatorum, Augustinianorum, Car-  
melitarum, aliorumque Mendicantium, necnon  
cum Archiconfraternitatibus Cordigerorum, &  
Consalonis de Urbe, sub quacumque forma, &  
expressione verborum concessas approbamus,  
& confirmamus, atque de novo concedimus,  
& largimur; singulariter vero illas, quae legun-  
tur in Literis fel. mem. Antecessorum Nostro-  
rum Clementis Papae V. incipientibus: *Cum illu-  
minatum sit &c.* sub Datum 8 Maji 1305., & aliis  
Sexti Papae IV. incipientibus: *Sacri Praedicatorum,  
& Minorum Fratrum Ordines &c.* sub Da-  
tum Kalendis Augusti 1479. in aliis Leo-  
nis X. incipientibus: *Dubium per nos accepto &c.*  
sub Datum 10. Decemb. 1519. atque aliis Cle-  
mens VIII. incipientibus: *Ad uberes &c.* sub  
Datum 1526. sicut & aliis Pauli Papae III. inci-  
pientibus pariter *Ad uberes fructus &c.* sub da-  
tum 8. Novembris 1684. aliis etiam Clementis  
Papae VIII. incipientibus: *Ratio Pastoralis Officij &c.*  
sub Datum 20. Decembris 1597. atque aliis Pau-  
li Papae V. incipientibus: *Cum certis &c.* sub Da-  
tum 11. Martii 1607. eas praeterea, quae aliis  
quamplurimis continentur, ut Innocentii Pa-  
pae XI. incipientibus: *Universi &c.* sub Datum  
30. Septembris 1681. & *Ecclesia Catholica &c.* 28.  
Juni 1686., atque etiam: *Exponi nobis &c.* 5. Sep-  
tembris & *Alias emanavit &c.* 10. Octobris ejus-  
dem anni, necnon *Exponi Nobis &c.* 15. Maji  
1788. sicut et aliis Innocentii Papae XII. inci-  
pientibus: *Ad ea &c.* sub Datum 24. Decembris  
1692. *Et debitum &c.* sub Datum 19. Maii 1694.  
necnon *Sua Nobis &c.* 17. Kalendas Januarii 1697.  
sicut; *Ex debito Pastoralis &c.* quaeque aliis aliorum  
Romanorum Pontificum Praedecessorum No-  
strorum Literis in favorem dicti Ordinis expe-  
ditis, continentur, auctoritate, et tenore praemissis renovamus, & confirmamus.

Claufulae spe-  
ciales.

§. XII. Decernentes has nostras Literas Apo-  
stolicas semper, & perpetuo validas, & effica-  
ces esse, & fore, suosque tutos, plenarios, &  
integros effectus sortiri debere, ac omnibus,  
& singulis, ad quos quomodolibet nunc spectat,  
& in futurum spectabit, firmiter, & inviolabi-  
liter observandas ac nullo unquam tempore ex  
quocumque capite, & qualibet causa quantum-  
vis pia, legitima, & juridica, etiam ex eo,  
quod Tertii Ordinis praedicti, & quicumque in  
praemissis, & circa ea quomodolibet, & ex  
quavis causa, ratione, vel occasione, jus, vel  
rem habentes, aut habere praetendentes, illis  
non consenserint, nec ad id vocati, citati, &  
auditi fuerint, & cause, propter quas eadem  
praesentes Literae prodierint, adductae, verificate  
& iustificate non fuerint, de subreptionis, vel  
obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio,  
seu intentionis nostrae, aut quolibet alio, quan-  
tumvis magno, substantiali, inexcogitato, &

inexcogitabili, ac specificam, & individua-  
mentionem, ac expressionem requirente, de-  
fectu, sive etiam ex eo, quod in praemissis, eo-  
rumque aliquo solemnitate, & quavis alia ser-  
vanda, & adimplenda, servata & adimpleta  
non fuerint; aut ex quocumque alio capite, a  
jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine  
aliqua resultante, aut quocumque alio colore,  
praetextu, ratione, vel causa etiam in corpore  
Juris clausa, occasione, aliave causa quantum-  
vis iusta, rationabili, legitima, juridica, pia,  
privilegiata, etiam tali, quae ad effectum vali-  
ditatis praemissorum necessario exprimenda foret,  
aut quod de voluntate nostra, & aliis su-  
perius expressis nusquam appareret, seu alias  
probari posset, notari, impugnari, invalidari,  
retractari in Jus, vel controversiam revocari,  
aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas  
restitutionis in integrum, aperiitionis oris, re-  
ductionis ad viam, & terminos Juris, aut aliud  
quodcumque facti, gratiae, vel iustitiae reme-  
dium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu  
proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica  
potestatis plenitudine concessa, impetrato, seu  
vulgato uti, vel se juvare in iudicio, vel extra,  
posse, neque ipsas praesentes Literas Apostolicas  
sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratia-  
rum revocationibus, suspensionibus, limitatio-  
nibus, modificationibus, derogationibus, aliis-  
que contrariis dispositionibus etiam per Nos, &  
Successores Nostros Romanos Pontifices pro  
tempore extituros, & sedem Apostolicam praedi-  
ctam, etiam in crastinum assumptionis eor-  
undem Successorum ad Summi Apostolatus  
apicem, vel alias motu proprio, & ex certa  
scientia, ac consistorialiter, & ex quibusvis  
casibus, & sub quibuscumque verborum tenori-  
bus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, &  
decretis, etiam si de eisdem praesentibus Literis,  
eorumque toto tenore, ac data specialis men-  
tio fiat, pro tempore factis, & concessis, ac  
faciendis, & concedendis, comprehensas, sed  
semper, & omnino ab illis exceptas, & quoties  
illae prodierint, toties in pristinum, & validis-  
simum, ac eum, in quo antea quomodolibet  
erant statum, restitutas, repositas, & plene-  
re reintegratas, ac de novo etiam sub quacum-  
que posteriori data concessas esse, & fore: sic-  
que & non alias in praemissis omnibus, & singu-  
lis per quoscumque Iudices Ordinarios, vel De-  
legatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Au-  
ditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales,  
etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictaque  
Sedis Nuncios, ac alios quomodolibet quavis  
auctoritate, potestate, prerogativa, & privi-  
legio fungentes, ac honore, & praeminentia  
fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis  
aliter iudicandi, & interpretandi facultate, &  
auctoritate in quovis iudicio, & quavis instantia,  
iudicari, & definiti debere; irritum quoque,  
& inane decernimus, si secus super his a  
quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contigerit attentari.

§. 13. Quocirca dilecto filio, actuali Mini-  
stro totius Ordinis Minorum, ejusque successo-  
ribus pro tempore extitoris per praesentes com-  
mittimus, & mandamus, quatenus ipse, vel  
per se, vel per suum Commissarium Genera-  
lem, sive per Iudices Conservatores ipsius Or-  
dinis, aut etiam per alios quoscumque sibi

Deputantur  
Executores  
harum Lite-  
rarum.

benevolos, & ab ipso delegatos, praesentes Lite-  
ras, in eis contenta quaecumque, ubi, & quan-  
do opus fuerit, & quoties fuerit, solemniter  
publicans, illisque in praemissis efficacis defen-  
sionis praesidio assistens, faciat auctoritate no-  
stra, tanquam Commissarius Apostolicus ad hunc  
effectum speciatim Delegatus easdem praesentes  
Literas, & in eis contenta hujusmodi ab illis,  
ad quos spectat, & spectabit in futurum, invio-  
labiliter, & inconcusse observari, omnesque,  
& singulos, quos ipsae praesentes Literae concer-  
nunt, praemissorum omnium, & singulorum  
commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere;  
non permittens, illos super his a Locorum  
Ordinariis, aut ab alio quocumque quavis au-  
thoritate fungente, quomodolibet, & indebitis  
molestari, perturbari, vel inquietari; nullum,  
& insubstans declarans quidquid sit, aut fuerit  
in contrarium factum; divisiones, obstacula,  
& perturbationes inter praefatum Tertium Or-  
dinem, praesertim secularium, & contra ipsos  
Tertiariorum praedicti Ordini Minorum, ut praemissis,  
subjectos insimulque rebelliones, ac  
sublevationes adversus superiores, & Religio-  
sos primi Ordinis, eorumque in praedictum  
Tertium Ordinem superioritatem, correctio-  
nem, jurisdictionem, & privilegia sub quo-  
cumque praetextu, ratione, vel causa exortas,  
latas, & deducas, non permittens; contra-  
dictores quoslibet, & rebelles per censuras, &  
poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris,  
et facti remedia, appellatione postposita, com-  
pescendo; legitimisque super his habendis ser-  
vatis processibus censuras, & poenas ipsas,  
etiam iteratis viribus aggravando; invocato  
etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii  
secularis.

Derogatio  
omnium am-  
plissima.

§. 14. Non obstantibus felic. rec. Bonifacii  
Papae VIII. Praedecessoris nostri, et Concilii ge-  
neralis de duabus dietis, dummodo ultra tres  
dietas aliquis vigore praesentium ad iudicium  
non trahatur; aliisque quibusdam forsitan in  
contrarium praemissorum quomodolibet editis,  
vel edendis, specialibus, vel generalibus Con-  
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis,  
ac quatenus opus sit, dicti Tertii Ordinis, etiam  
juramento, confirmatione Apostolica, vel  
quavis firmitate alia roboratis Statutis, eorum-  
que reformationibus, & novis additionibus,  
stylis, usibus, et consuetudinibus, etiam im-  
memorabilibus; privilegiis quoque Indultis, &  
Literis Apostolicis sub quibusque tenoribus, &  
formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-  
rum derogatoriis, aliisque efficacissimis, et in-  
solitis clausulis, irritantibusque, & aliis De-  
cretis in genere, vel in specie, etiam motu  
proprio, & ex certa scientia, ac etiam consi-  
storialiter, aut alias quomodolibet, etiam ite-  
ratis vicibus in contrarium eorumdem praemissorum  
concessis, approbatis, innovatis, & confir-  
matis, etiam si in illis caveatur expresse, quod  
per quascumque Literas Apostolicas, etiam mo-  
tu proprio, ac consistorialiter, & ex certa scien-  
tia, deque Apostolica potestatis plenitudine,  
pro tempore concessas, quascumque etiam de-  
rogatorias derogatorias in se continentes de-  
rogari non possit, neque censetur eis derogatum,  
nisi hujusmodi derogationes consistoria-  
liter factae, & per diversas Literas intimatae fue-  
rint: quibus omnibus, & singulis, etiam si de

illis, eorumque totis tenoribus specialis, speci-  
fica, expressa, et individua, ac de verbo ad  
verbum, non autem per clausulas generales  
idem importantes, mentio, seu quavis alia  
expressio habenda, aut aliqua alia exquisita for-  
ma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et  
singulorum tenores, formas, et causas, etiam  
quantumvis praegnantas, pias, & privilegiatas  
praesentibus pro plene, et sufficienter, ac de  
verbo ad verbum nihil omisso, insertis, ex-  
pressis, ac specificatis habentes; illis alias in  
suo robore permanens, ad praemissorum om-  
nium, & singulorum validissimum effectum,  
hac vice dumtaxat, latissime, et plenissime,  
ac sufficienter, necnon specialiter, et expresse  
derogamus, ceterisque contrariis quibuscum-  
que.

Fides haben-  
da scriptum-  
tis.

§. 15. Volumus praeterea, ut eorumdem praesentium  
Literarum transmissis, seu exemplis  
etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis  
Ministri, vel Commissarii generalis dicti Ordinis,  
sive Notarii publici subscriptis, et sigillo  
Officii eiusdem Ministri, vel Commissarii, aut  
Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel alterius  
personae in Ecclesiastica Dignitate constituta  
munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra  
adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si  
forent exhibitae, vel ostensa.

Sanctio po-  
nalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat  
hanc paginam nostrae confirmationis, innova-  
tionis, approbationis, concessionis, extensio-  
nis, ordinationis, largitionis, Decreti, vo-  
luntatis, mandati, et derogationis infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem  
hoc attentare praesumpserit, indignationem Om-  
nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli  
Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno  
Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo  
vigesimo quinto, quarto Idus Decembris  
Pontificatus nostri anno II.

XCIX.

Conceduntur Minoribus Regularis Observan-  
tiae privilegia in Constitutione Pii V. pro Or-  
dinibus Mendicantium contenta, aliaque  
nonnulla.

Dat. 10. Dec-  
1725. Ann. 2.

Laudata Constitutio hic refertur, ut edita fuit 1566.  
Jul. 29. P. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Solicitude Ecclesiae Universalis per bonorum  
omnium largitorem Nobis in iuncta, exigit,  
ut religiosos Dei famulos, eique placentes Or-  
dines Regulares, praesertim Mendicantium, qui  
relictis Mundi illecebris, & arctam viam, quae  
ducat ad vitam ingressi, sequuti sunt Dominum  
Redemptorem, gratis Apostolicis fovere, &  
modis omnibus propugnare studeamus.

Proemium.

§. 1. Eapropter Antecessor Notter Beatus  
Pius PP. V. erga eisdem Ordines Mendicantes  
Pontificiam benevolentiam ostensurus, eis lita-  
ras

rum verus & proprius Ordo Regularis.

Ejusque Regula denuo approbatur, confirmatur.

Confirmatur, & renovantur Literę quęcumque Apostolicę, quibus Tertiarij prædicti jurisdictioni, & regimini Ministri Generalis totius Ordinis Minorum subiciuntur.

ceditur, occurramus, Antecessorum Nostrorum vestigiis inherentes, qui hunc vivendi modum, & formam approbarunt, vel confirmarunt, aut etiam summis laudibus extulerunt, Nos eundem Sanctum, meritorem, & Christianę perfectioni conformem, necnon verum, & proprium Ordinem, unum in toto Orbe ex Secularibus, aliisque collegialiter viventibus, & Regularibus promiscue compositum, ut a quacunq[ue] Confraternitate ex comprehensis in Bulla recolen. mem. Clementis Papę VIII. omnimode distinctum, utpote qui sub propria regula, ab hac Romana Sede approbata, cum Novitiatu, Professione, & Habitu sub certis modo, & forma, prout ceteri Ordines tum Regularibus, tum Militares, & alii hujusmodi consueverunt, dispositus reperitur, fuisse semper, & esse decernimus, & declaramus; Atque motu simili Regulam prædictam a felicis recordationis Antecessoribus Nostri Romanis Pontificibus Nicolao IV. pro Tertiariis utriusque Sexus, & cujuscumque status, sive Ecclesiastici, sive Laicalis quomodocumque in seculo sub proprio testio, ac in conjugio ipso degentibus 16. Kalendaris Septembris 1289., approbatam a Clemente V. tertio Kalend[is] Septembris 1308., atque a Gregorio XI. 8. Idus Februarii 1372. aliiq[ue] in forma specifica confirmatam, nec non per Leonem X. pro personis, tria substantialia Vota emittentibus, accommodatam, & appropriatam per quosdam suas Literas incipientes: *Inter ceteras* &c. sub datum Romę 20. Januarii 1521. Nos denuo approbamus, & confirmamus, atque Apostolica auctoritate perpetuum firmitatis robur adjicimus.

§.5. Sed quia accidit olim, & non sine animi Nostri dolore in dies etiam didicimus evenire, ut Fratres dicti Ordinis; Sæculares præsertim, Ministri Generalis totius Ordinis Minorum, & Provincialium respectivę, quorum cura, & jurisdictioni hæc Sancta Sedes eos subesse voluit, obedientiam, & regimen detrectantes & non parere ut debent, sed imperare, quod non possunt, sæpius affectantes, omnia usque deque vertant, Regulamque prædictam, ac Statuta, atque adeo Nostrorum etiam Antecessorum Constitutiones, quamvis contraria intendentes, atque præcipientes, insectant in sensus suos, & multoties Ordinariis locorum, aut sua sponte, aut ad eorum Fratrum Tertiariorum instantiam mittentibus, & quo prohibiti sunt, extendentibus manum in non suam hanc messem, pro bona fruge, quę, ut desideranda est, etiam expectanda esset, zizaniam tantummodo producantur. Nos memoria recolentes, primum hunc Tertii Ordinis statum, Secularium nempe sub proprio testio degentium, dum Institutis suis obedienter insisteret non tantum pravos populorum mores in melius reformasse, sed etiam Sanctitatis egregie fructus uberrimos protulisse, cupientesque ipsum ad pristina observantia, quem tenuit apicem revocare, motu simili, deque Apostolicę potestatis plenitudine omnes, & quascumque Literas Apostolicas, per quas aliqua Superioritas, præminentia, & auctoritas in ejusdem Institutu Fratres, & Sorores primario Ministro Generali prædicto totius Ordinis Minorum, aliisque secundariis Superioribus conceditur, & tribuitur, præsentium tenore non solum approbamus, & confirmamus,

verum, & concessa revocamus, ac robur perpetuę firmitatis obtinere debere decernimus, & mandamus, speciatim vero quę in Literis Innocentii Papę IV. incipientibus *Vota Devotorum* &c. sub datum Lugduni Idibus Juni 1246. in aliis Nicolai IV. incipientibus: *Unigenitus Dei filius* &c. sub datum apud Urbem Veterem 6. Idus Augusti 1290. in aliis Martini V. incipientibus: *Licet inter cetera* &c. sub Datum Romę 9. Decembris 1427. in aliis Sixti IV. incipientibus: *Romani Pontificis providentia* &c. sub datum Romę 18. Kalendaris Januarii 1471. in aliis Alexandri Papę Sexti incipientibus: *Exponi Nobis* &c. sub datum Romę 16. Maji 1500. in aliis Julii II. incipientibus: *Exponi Nobis fecistis* &c. sub Datum Romę 15. Octobris 1507. in aliis Leonis X. incipientibus: *Superioribus diebus* &c. sub Datum Romę 14. Maji 1517. in aliis denique Beati Pii Papę V. incipientibus: *Ea est Officium Nostri* &c. sub Datum Romę 5. Nonas Julii 1568. continentur, auctoritate, & tenore præmissis de novo confirmamus, & renovamus.

§.6. Extendimus deinde ad universum Tertii Ordinis gregem quęcumque Apostolica Indulta, aut privilegia regimen, & directionem hujusmodi respicientia, pro una, vel altera Congregatione in particulari alias vulgata, & speciatim, quę pro Tertiariis Ferrariae in quibusdam Joannis in sua obedientia nuncupati XXIII. incipientibus: *Cum privilegiis, & Literis Apostolicis ambigitur* sub Datum Bononię 16. Kalendaris Julii 1414. & alias Pii II. pro Tertiariis Regnorum Castellę, incipientibus: *Pia Deo, & Ecclesię desideria* &c. sub Datum apud Abbatiam Sancti Salvatoris Clurii III. Idus Julii 1462. aliis etiam Pauli III. pro Tertiariis Universę Hispanię, incipientibus: *Exponi Nobis* &c. sub Datum Romę 14. Septembris 1537. aliisque ejusdem Pauli III. similiter Hispaniis, incipientibus: *Exponi Nobis* &c. sub Datum Romę 28. Julii 1657. sicuti, & aliis Innocentii XIII. pro Brasiliis, incipientibus: *Ordines, & Congregationes* &c. sub Datum Romę 23. Januarii 1724. edita, & publicata fuere, omnia, & similia directionem, & Regimen Ordinis Fratrum Minorum attribuentia, Apostolica auctoritate confirmantes, ad gregem ipsum universum extendimus, & ampliamus.

§.8. Mandamus propterea universis, & singulis hujusmodi instituti professoribus, per universum Mundum existentibus, præsentibus, & futuris, cujuscumque status, gradus, & conditionis existant, ac tam in seculo sub proprio testio, vel in conjugio ipso, quam collegialiter congregatis, aut etiam sub clausura sub tribus votis essentialibus degentibus, ut sicuti cum primo, & secundo Ordine Minorum scilicet, & Clarissarum, unum, & eundem Institutorem Auctorem, & Patriarcham habent, ita unum, & eundem ipsiusmet Fundatoris legitimum Successorem, veluti Patrem, & Caput totius Seraphici gregis, atque trium Ordinum Beati Francisci primarium Generalem honorent, observent, & recognoscant, ejusque secundarios delegatos, sive Provinciales, sive Guardianos, aut etiam Commissarios Visitatores, tanquam suos legitimos, & veros Superiores venerentur, itaut ipsorum judicio in dubiis, & controversiis circa Regulam, & Statuta se conforment, atque in iis omnibus, quę concernunt Ordinem ipsum,

Extendantur ad universum Tertiariorum Ordinem quęcumque indulta respicientia hujusmodi Regimen, pro una vel altera Congregatione vulgata.

Præscribitur universis Tertiariis ut observent & recognoscant in ipsorum Ordinis capite, Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum.

Exspionitur Tertiarij Regulares Italia.

Conceditur prædicto Ministro Generali auctoritas & jurisdictione super Ordine præfato.

ipsi, nec Regulae sunt contraria, illis parcant, & obediant: quod si fecerint, ab eisdem cassari, atque habitu spoliari possint; imo nullis proinde Tertiariorum gratiis, & privilegiis gaudere decernimus, & jubemus. Non intendimus tamen per hoc Tertiariis Regularibus Italiae præjudicium aliquod inferre, aut in aliquo derogare Constitutioni felicis memoria Sixti Papę V. Antecessoris Nostri, incipienti *Romani Pontificis Providentia* &c. sub Datum Romę 29. Martii 1586. sed eam in suo robore permanere decernimus; imo pro potiori cautela ipsam denuo confirmamus, idem omnino statuentes circa Moniales, tria Vota essentialia emittentes, aut etiam Tertiarias alias in Conservatoriis communiter tantum viventes, ut scilicet pleno jure visitationi, correctioni, & directioni Fratrum Minorum subiaceant, nisi aliter ab hac Sede reperiat specialiter ordinatum.

§.8. Injungimus autem eidem Generali Ministro totius Ordinis, ut Beati Francisci Patris sui vestigiis inherendo, ubilibet intra Provincias pro universum Orbem eisdem commissas, hujusmodi Tertii Ordinis Congregationes Sæculares, tam Fratrum, quam Sororum per parentes Literas suas, vel sui Commissarii Generalis erigere, ipsasque sic erectas, juxta Constitutiones, seu Statuta a felicis recordat. Paulo Papa III. Antecessore Nostro approbata, vel secundum alia in speculo Seraphico contenta, atque Directorio trium Ordinum inserta, necnon per recolenda memoria Innocentio Papas XI. XII. & XIII. confirmata, quę etiam præsentium tenore renovamus, & approbamus, conservare, & moderari curet, studeatque, nisi tamen eidem Generali Ministro, & Capituli Generalis Patribus aliud in Domino videbitur expedire: quibus propterea plenum Jus, ac liberam auctoritatem ea innovandi, immutandi. augendi, aut minuendi, ac alia de cetero statuendi, quę bonum dicti Gregis regimen concernere possunt, dummodo tamen Regula præfata, sacriq[ue] Canonibus non adverteatur, ad tenorem Literarum Clementis Papę VII. incipientium: *Dum uberes fructus* &c. sub Datum 15. Martii 1526. perpetuis futuris temporibus facultatem facimus, atque largimur.

§.9. Insuper dicti Ordinis profectum, & incrementum præ oculis habentes, ac prædictis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus inherentes, eidem Generali Ministro privative quoad alios quoscumque, concedimus, ut per secundarios Superiores, ad id opportuna, & necessaria facultate sussultos, utriusque sexus Christianifideles juxta morem dicti Ordinis recipere, Commissarium etiam Visitatorem, seu Confessarium, moribus, vitę sanctimoniam, & ætate idoneum, qui ipsis Ecclesiastica Sacramenta ministret, ac de præceptis Regule instruat, Congregationes, seu Congressus convocet, & in ipsis, ac aliis quibuscumque actibus, & functionibus præsideat: duplex etiam in paritate suffragium ferat, assignare, ac valeat, necnon easdem Congregationes, & earum Domos, Conservatoria, Hospitalia, Capellas, & Oratoria opportunis temporibus, vel per seipsum, vel per Ministros Provinciales, aut etiam Commissarios Visitatores, seclusis locorum Ordinariis, & aliis quibuscumque personis cujusvis

status, gradus, vel conditionis existant, & quacunq[ue] auctoritate fungantur, visitare ac instruere, & paterne corrigere, ac reformare tam in capite, quam in membris, ad cassationem usque Mantelli, & Habitus, quę correctionis, aut reformationis officio congruerit indigere, aliaque ad bonum dicti Ordinis, juxta ejus Constitutiones ordinare, & exequi, sicuti in Domino expedire animadvertit; & speciatim, aut quoties sibi placuerit, per Visitatores suos libros, & rationes reddituum, ac bonorum ipsarum Congregationum examinare, & recognoscere poterit, quin in eorum administratione, aut elemosynarum receptione, vel distributione se ingerant, sed tantum, an videlicet Deputati, & Officiales piis operibus, ac legatis, oeribusque præfate Congregationi injunctis atque impositis, debitis modo, & forma, & opportuno tempore satisfaciant, concedimus, & indulgemus, & pro potiori cautela. pie memoria Innocentii Papę XI. dispositionem per suas Literas in forma Brevis incipientes: *Exponi Nobis* &c. sub Datum Romę 10. Februarii 1688. circa rationem reddituum per omnia Monasteria Monialium, eorumque Exactores Superioribus Ordinis Minorum reddendam, expresse confirmamus, & ad Universas Tertii Ordinis Congregationes, sive Fratrum Sæcularium sub proprio testio, sive etiam Sororum, collegialiter viventium, extendimus, & renovamus.

§.10. Volumus proinde, ut Tertiarij ipsi, sub proprio testio viventes in omnibus se præbeant, hujus sæculi contemtores, atque eorum exemplo ceteri alliciantur, & ad humilitatem incitentur, ut sub propria Cruce Fratrum Minorum, ad publicas processiones, & ad afficienda cadavera, aliaque Ecclesiasticas functiones se conferre & sub proprio habitu, per Ordinis Constitutiones designato incedere valeant, ac possint, tenore præsentium concedimus, & largimur, præcipientes pariter, ad evitanda jurgia, & contentiones omnibus & singulis etiam inter subditos prædicti Generalis Ministri comprehensis, & facultate pro fundandis Tertii Ordinis Sæcularibus prædictis per Sedem Apostolicam concessa gaudentibus, ne quocumque prætenu audeant uti hujusmodi privilegio ubicumque Tertium Ordinem repererint jam fundatum, coque minus jam fundatas Tertii Ordinis Congregationes ad se recipere, si a Conventu recedere, apud quem, & sub cujus directione, ac gubernio erecti prius inveniuntur, recedere voluerint. Propterea declaramus omnia irrita, & mera attentata, quęcumque ab aliis, præter voluntatem antedictorum Superiorum Ordinis Minorum, circa Tertios Ordines istos, aut innovari, aut mandari contigerit contra hanc nostram Constitutionem, Tertiosque Ordines memoratos in posterum erigendos ubi jam alii erecti & fundati sunt, aut a Conventu, apud quem existunt, transferendos ad alium, præsertim eidem Generali Ministro nequaquam subiectum, inter Tertios Ordines approbatos ab Apostolica Sede habendos non esse, minusque gaudere indulgentiis, & privilegiis Tertio huic Ordini per eandem Sedem Apostolicam impertitis.

§.11. Ut autem Christianifideles Sacrum hoc Institutum ferventius querant, & inventum non dimittant, libentiusque vacent exercitiis pietatis, & humilitatis, a Beato Francisco in

Ordinationes nonnullę pro recto eorumdem Regimini.

Confirmatur, ac de-

Constitutio predicta Pii. qui Ordines Mendicantium ab omnibus vestigalibus eximuntur.

ras tenoris sequentis indulsit: Pius PP. V. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ad uberes, quos Sacri Mendicantium Ordines in agro Dominico quotidie faciunt fructus; attente respicimus, & attentae considerationis indagine perscrutamur ipsorum Religionis sinceritatem, & voluntariae paupertatis habitum, in quibus sub humilitatis spiritu devotum Altissimo praestant famulatum, dignum, quin potius debitum, reputamus, ut illis ea libenter concedamus, per quae semotis quibuslibet gravaminibus, promtiores ejusdem Altissimi inhareant Servitiis.

Exemptio predicta amplissima.

§.1. Hinc est, quod Nos volentes eosdem Mendicantium Ordines, & dilectos filios eorum Fratres, & Monachos, ceterasque personas, ac etiam Moniales quaslibet ejusdem Ordinis, sub illorum cura degentes, specialibus favoribus, & gratis profectui; motu proprio, non ad alienius Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Mendicantium Ordinum hujusmodi Fratres, Monachi, & dilectae filiae in Christo Moniales, seu Sorores, & aliae utriusque Sexus personae Regulares ubilibet per totum Christianum Orbem diffuse, & constitutae, illorumque Monasteria, Coenobia, Domus, Conventus, Ecclesiae, Capellae, Oratoria, & alia loca, etiam unita, ac membra, & dependentia, nec non terrae cultae, et incultae, possessiones, praedia, Agri, et alia omnia, et singula Mobilia, et immobilia, ac semoventia, et ubilibet, ac in quibuslibet rebus consentientia bona, nec non earum in dictis bonis laborantes, Coloni, Arrendatarii, Locatarii, et Assiduarii, Negociorumque suorum gestores universi, quomodolibet nuncupati, nunc, et pro tempore existentes, in perpetuum ab omnibus, et singulis exactionibus, tam Urbanis, quam rusticis, nec non datis, gabellis, pedagiis, vestigalibus, Collectis, impositionibus, et oneribus ordinariis, et extraordinariis, ac tam realibus, quam personalibus, meris, et mixtis, etiam subsidio triennali, et augmento, ac facultatibus, equorum taxis, militumque Hospitiis, ac aliis quibuscumque nominibus nuncupatis, quavis auctoritate quomodolibet impositis, et imponendis, et quae laicis, ac aliis quibusvis quomodolibet imponi consueverunt, in futurum imponantur, ac ratione quarumcumque mercium, et rerum cujuscumque generis, vel qualitatis existentium, tam per Mare, et aquam dulcem, quam per terram undecumque, et quomodocumque pro tempore delatarum; nec non Animalium quorumcumque; mortuorum, et vivorum, et quae alias quomodolibet, et ex quavis causa, ac super quibuscumque rebus, tam in alma Urbe nostra, quam extra eam ubilibet locorum exiguntur, et in futurum exigentur; nec non a contributionibus, et solutionibus in illis faciendis, ac tam pro victu, et vestitu, quam quocumque alio usu suo tantum, ac tam emendo, quam vendendo, et alias quomodolibet negociando; nec non etiam a solutione quadrantis pro singulis libris carniis, de Animalibus, quae nunc, et pro tempore ex Armentis occidi contigerit; nec non etiam, quae in suis adibus, praediis, et possessionibus privatis detinent, et nutriunt, ac a contributo-

ne sumtuum, et expensarum, quae aliquando pro Pontibus, Viis, Aquae ductibus, Muris, Manibus, aliisque Machinis struendis, et reparandis, seu reficiendis; ac Civitatibus, Terrarum, et locorum quorumcumque fortificationibus; nec non etiam alias in omnibus, et per omnia, ac tam in dicta Urbe, quam extra eam ubilibet penitus, et omnino liberi, immunes, et exempti, ac liberae et exemptae, liberaeque, immunita, et exempta sint, et esse censentur, ac pro talibus teneantur, et reputentur: quodque Terrae, Agri, Possessiones, & loca arativa, ut praefertur, in illis, quae aliquando pro pasculis Animalium ad certum tempus reservantur, nullatenus unquam comprehendantur, nec comprehendi censentur: ac etiam Monasteria, Coenobia, aliaque omnia regularia loca praedicta, pro quorumcumque Militum, tam equitum, quam peditum hospitiis, quemadmodum magno cum Nostro dolore, hucusque in plerisque locis factum comperimus, nequaquam assignentur, nec assignari debeant.

§.2. Et insuper, quod fructus, redditus, proventus, introitus, & alia quaecumque bona Monasteriorum, Coenobiorum, & aliorum locorum Regularium praedictorum ab aliis, quam a Syndicis, & Procuratoribus Religiosis, Fratribus, Monachis, Monialibus, aliisque personis praefatis exigi, illaque dumtaxat in beneficium loci, & sustentationem ipsorum Religiosorum Fratrum, & Monialium expendi, nec per alios quoscumque, quovis nomine censentur, nec in alium, quam praemissum usum converti, seu expendi possint, neque debeant, nisi de consensu Superiorum illius loci, cui data, vel consignata, aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabant: nec etiam soli Tutores, aut Curatores, seu Protectores, & alio nomine Sanctissimi, aut alias nuncupati de eisdem bonis ullo modo disponere possint, quodque ad ipsum etiam de elemosynis, oblationibus, & quibuscumque aliis donativis intelligi, & observari debeat, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo statuimus, ordinamus, volumus, et declaramus: nec non Fratres, Monachos, Moniales, ac alias regulares personas, eorumque Monasteria, Coenobia, Conventus, Ecclesias, Capellas, Oratoria, et alia loca, ac Terras, Possessiones, Praedia, Agros, et bona, necnon laboratores, Colonos, Arrendatarios, Locatarios, Assiduarios, ac Gestores, praedicta, ut praefertur, immunita, et exempta eisdem auctoritate, et tenore, facimus, ac fore, et esse decernimus.

§.3. Mandantes propterea dilectis filiis modernis, et pro tempore existentibus Camerae Apostolicae Camerario, Praesidentibus, et Clericis, ac Commissariis, Agentibus, et Officialibus quibuscumque, ut omnibus, et singulis, tam Virorum, quam Mulierum Monasteriis Mendicantium Ordinum hujusmodi existentibus sub ditione nostra temporali, mediate, vel immediate constitutis, tantum Sal, quantum pro eorum usu suffecerit, singulis Annis, omne dilatione cessante, et contradictione remota, contribuere, et assignare, ac contribui, et assignari facere debeant realiter, et cum effectu districtius etiam in virtute Sanctae obedientiae, et sub indignationis nostrae, ac excommunicationis majoris latae Sententiae

Mandatum exequutio praedictorum.

ac

Designatio specifica.

ac duorum millium ducatorum Auri de Camera, pro una Basilicae S. Petri de Urbe, & pro altera, medietatibus, singulis Monasteriis, & locis praefatis, quae molestari, seu perturbari contigerit, irremissibiliter applicandorum, poenis eo ipso, si, & quoties contrafactum fuerit, incurrendis; inhibentes tam illis, quam dilectis filiis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Datorum, Gabellarum, Onerum, & aliorum praemissorum exactoribus, Conductoribus, & Appaltatoribus; necnon quibusvis Universitatibus, & Communitatibus, illarumque Officialibus, & Personis, aliisque quibuscumque, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, quatenus praemissa omnia, & singula inviolabiliter, & perpetuo observent, ac ab omnibus observari faciant, neque Fratres, Monachos, Moniales, & alias Religiosas Personas, aliisque supra dictos super praemissis quomodolibet molestent, & perturbent; Neque permittant per quoscumque quomodolibet molestari, seu perturbari. Ergo si quis contradicere, aut quovis modo contravenire praesumpserit per Mandatum executivum, contra ipsum, cujuscumque Dignitatis, Status, Ordinis, vel praerogative fuerit, ipso facto procedi, & sic per quoscumque Judices, & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, & quidquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus.

Clausula.

§.4. Quo circa Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, vel eorum Vicariis in Spiritualibus generalibus, necnon dilectis filiis Curiae Caesarum Camerae Apostolicae Auditori, ac Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Canonis, & Capitulis, ac aliis quarumcumque Ecclesiarum Praelatis, & Personis ubilibet, & in quibuscumque Regionibus, Terris, & Locis existentibus, ac aliis, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit, per praesentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet per se, vel per alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum, Monachorum, Monialium, aliarumque Religiosorum Personarum praedictarum fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra, illos, & eorum singulos, Statuto, ordinatione, voluntate, declaratione, constitutione, deputatione, mandato, inhibitione, decreto, aliisque praemissis, pacifice frui, & gaudere; non permittentes desuper per Camerarium, Praesidentes, Clericos, & Commissarios Camerae hujusmodi, necnon Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Collectores, Gabellarios, & exactores praedictos, aut quoscumque ad aliquam solutionem, contributionem, vel praestationem praemissorum occasione quomodolibet faciendam, quovis modo cogi, & compelli, aut alias contra praesentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari, contradicere quoslibet, & Rebelles per praedictas, aliisque opportunas censuras, & poenas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis Processibus, censuras, & po-

nas hujusmodi incurrisse declarando; interdictum Ecclesiasticum opponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis.

§.5. Non obstantibus scilicet Bonifacii VIII. Praedecessoris Nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium non extrahatur: ac omnibus illis, quae in contrarium per quoscumque Officiales, quovis alios, ac praesertim per Officiales Civitatis Nostrae Bononiensis, & quovis alios adducta sunt hactenus, & deducuntur in posterum, ac adduci, & allegari possent, necnon quibuscumque Judicibus, etiam Palatii Nostri Caesarum Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus super praemissis inter quoscumque quomodolibet pendentes, ac etiam infractis, & ad Sententiam deductis, vel etiam a Sententia terminatis, nisi in favorem Ecclesiae fuerint, & praesertim quaedam lites inter hujusmodi Regulares, ac Cives, & Communitatem dictae Civitatis Bononiae in Romana Curia pendentes, quas, & quam, ac omnes processus, & Scripturas productas, & producendas, ac Registra, & Sententias ubivis comparentes, & latas, ac ferendas, ad Nos advocamus, & penitus extinguimus, cassamus, annullamus, & delemus, perpetuumque desuper silentium imponimus, necnon quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam contra exemptos quomodolibet editis, & edendis, ac etiam Decreto, confirmatione, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quocumque Indultis, & literis Apostolicis, illis, & eorum singulis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, & in specie, etiam motu simili, ex certa scientia, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium concessis, & approbatis, ac innovatis: Quibus omnibus illorum tenores, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communitatis, aut divisiim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub anno Piscatoris die XXIX. Julii MDLXVI. Pontificatus nostri anno Primo.

Causae praesentis concessio.

§.6. Cum autem, sicut accepimus, Fratres Minores regularis observantiae, Sancti Francisci nuncupati, licet contextum regulae sub uno, & eodem Ministro generali, totius ordinis ad literam proficientes non solum inter quatuor praecipuos Mendicantium Ordines connumerentur, verum etiam ob perfectissimam, quam profitentur paupertatem, & in particulari, ac in communi summa, & peculiari ratione praesentibus habendi sint; proptereaque omnibus, & singulis libertatibus, exemptionibus, & facultatibus, privilegiis, & indultis in vim praesentiarum literarum omnibus Mendicantium Ordinibus concessis, omnimode, ac plene frui,

po-

potiri, & gaudere debeant; nihilominus super Vestigialium, Gabeliarum, dationum, & pedagiorum, aliorumque onerum, & impositionum solutione ab illorum, & illarum Exactoribus perperam, & non sine corundem Fratrum Minorum, & ab eis stricte professae paupertatis detrimento, olim, & nunc etiam, eos in Iudicium trahi, vexari, perturbari, ac assidue molestari contingat.

Concessio Minoribus praefatis privilegiis, & exemptionibus in relictis literis contenta.

§.8. Nos ad evellendam omnem quaestionis materiam, & attendentes, quod Fratres Minores praedicti propterea, quod ipsi, ut praefertur, actu mendicent, & vere nudam profiteantur paupertatem illam, quae Terrenis ubique destituta bonis se divitem exhibet Altissimo; merito eos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes; nec non ipsos, & eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, censuris, poenis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, nec non quarumcumque litium, & Causarum status, & merita, nomina, & cognomina Iudicium, coram quibus illae pendunt, ac colligantium, aliorumque, necnon quorumcumque aliorum privilegiorum, & Indultorum, facultatum, exemptionum, & immunitatum, eis quomodolibet concessorum, praesentibus pro expressis habentes, causasque huiusmodi ad Nos harum serie advocantes, illaque penitus, & omnino extinguentes, ac colligantibus huiusmodi perpetuum super praemissis silentium imponentes, motu proprio, non ad eorundem Fratrum Minorum de observantia super hoc Nobis oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, & indulta in eisdem praesentibus literis inter Nos, & singulis Ordinibus Mendicantibus, in communi, ut praemittitur, concessa eisdem Fratribus Minoribus, sive regularis, sive strictioris observantiae nuncupatis, ita quod ipsi in posterum de omnibus, & singulis, quae absolute eorum victum, & vestitum, ac religiosum usum, & commercium concernunt, quidquam Dationum, Gabeliarum, & vestigialium quibuscumque, & quomodocumque, per illos solvi debere praetendentibus, solvere minime debeant, speciatim, & expresse Apostolica auctoritate perpetuo concedimus.

Idem omnibus aliis oneribus, etiam literarum solutione liberantur.

§.9. Ac insuper eosdem Fratres Minores ubique terrarum, & praesertim in ditione nostra temporali, ab omnibus datis, vestigialibus, praecipue super Frumenti comulatione, vino, oleo, carne, Animalibus etiam vivis, tam entis, quam alius, quae eisdem Fratribus Minoribus pro elemosyna offeruntur, & quocumque alio comestibilis, ad eorum vestimenta necessarii; postea etiam tam Maris, quam Fluminum: Gabelis in exitu, & ingressu Terrarum, locorum, & Civitatum, aut transitu Pontium, & Viarum, seu etiam in Doganis quomodocumque nunc impostis, & in posterum pro tempore quomodolibet imponendis etiam plene, & expresse dicta Apostolica auctoritate similiter in perpetuum eximimus, & liberamus, eosque in praemissis omnibus, & singulis aliis Datis, Gabelis, & Oneribus, etiam ceteri Mendicantes ad ea

teneri dignoscantur, nec ab eis censentur esse exempti, perpetuo immunes, & exemptos esse volumus, & declaramus.

§.10. Ac praeterea ulteriori, eorundem Fratrum Minorum de observantia indemnitati consulere volentes, motu simili, eos, & eorum quemlibet a solutione portus omnium, & singularum simplicium Epistolarum in semifolio scriptarum, ad eorum quemlibet a quacumque regione pro tempore adventientium, necnon etiam aliarum duplicium, & in folio scriptarum, eorumque involucrorum a Tabellariis deferri solitorum, quae per Ordinis Superiores eorum subditis ipsis Superioribus cum eorum publici sigilli munimine; Non autem quae sine munimine huiusmodi alicui ex eis particulariter diriguntur; pro quibus scilicet duplicibus sine munimine huiusmodi sic directis aliquid munus, aut debitum sibi emolumentum ab eorundem Fratrum Minorum de observantia Conventibus, seu Dominibus praetendere, seu ea libere si Tabellarii ipsi velint, relaxare possint, eadem Apostolica auctoritate eximimus, & liberamus.

Clausula perculiare.

§.11. Decernentes quoque praesentibus literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostrae, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari ullatenus posse; minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, modificationibus, limitationibus, restitutionibus, & aliis contrariis dispositionibus tam per Nos, quam etiam per Successores Nostrorum quomodolibet, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque Decretis pro tempore factis, & faciendis quorumcumque tenorem existant includi; sed illis non obstantibus in suis robore, & efficacia persistere, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, etiam sub data per ipsos Fratres Minores de observantia praedicti Ordinis eligenda, de novo concessas esse, & ita incommutabilis voluntatis, & intentionis Nostrae esse, & ad hoc ut perpetua firmitate subsistant, vim validi, & efficacis contractus inter dictam Sedem, & praedictorum Ordinum Mendicantium Fratres huiusmodi habere: sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alias iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Committitur quibus attinet exequutio praedictorum.

§.12. Quocirca dilectis filiis nostris S. R. E. Cardinalibus in Bononiensi, Ravennati, Ferrarienti, & Urbinateni Civitatibus Nostris nunc, & pro tempore existentibus de latere legatis, ac dilecto filio Curiae Causarum Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Fratrum Minorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra ipsos Fratres Ordinis Minorum huius-

C.

huiusmodi voluntate, statuto, declaratione, & aliis praemissis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos per quoscumque quomodolibet indebite molestari: Contradictores quoslibet, & Rebelles per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo: & nihilominus legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Saecularis.

Derogatoria.

§.13. Non obstantibus praemissis, ac felicis recor. Bonifacii PP. VIII. Praedecessoris Nostris de una, & Concilii Generalis de duabus dietis: dummodo ultra tres dietas, quis vigore praesentium ad Iudicium non extrahatur, & aliis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus quoque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, & quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros praedictos, ac nos, & Sedem praedictam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, etiam consistorialiter, & de Fratrum Nostrorum consilio, necnon Apostolica potestate plenitudine concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communitur, aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem.

Fides habenda etiam.

§.14. Volumus pariter, ut eorundem praesentium literarum transmissis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus ex Secretariis generalibus dicti Ordinis, aut Notarii publici subscriptis, & Sigillo Officii, Ministri, aut Commissarii generalis, vel Procuratoris Ordinis praefati, vel alterius Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in Iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Sanctio poenalis.

§.15. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, innovationis, approbationis, absolutionis, exemptionis, liberationis, voluntatis, declarationis, Decreti, & derogationis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto IV. Idus Decembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

Extenditur Constitutio Gregorii XIII. ad ornatum Urbis augendum edita ad Civitatem Beneventanam.

Dat. 12. Dec. 1575. Anno.

Memorata Const. ed. fuit 1574. P. 3.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter divina ultionis flagella, quae in sacris literis contra peccata hominum immittenda, inque Sanctorum Patrum monumentis saepenumero immissa nunciantur, terramotus magnos praecipuo loco numeratos didicimus. Nos ipsi, dum Beneventi, altissimi Dei voluntate in pastoralis ministerio praepositi, adessimus, eius potentiam, & benignitatem ter manifeste vidimus, hoc flagello concussi. Nam & Civitatem Nostram commovisse, potentia fuit; & firmasse, benignitatis. Non enim mortem Peccatoris vult Deus, sed eum converti, & vivere, ut terramotus flagello praetereunte, metus non transeat, sed in cordibus superfit, eoque meliores efficiamur. Itaque tertio nostri Archiepiscopatus anno recurrente, in prima concussione Beneventana, reliquarum summe terribili, cuius mentio Omnipotentis misericordiam Nobis ob oculos ponit, Nos cum toto episcopio profecti, & consulti, brachio Excelli, & praesenti ope Beati Philippi Neri Confessoris, Cleri, & Civitatis Patroni inter communes ejulatus ex lamentabili strage, & ruinis erepti fuimus. Sed contra eventum quamplurimis ovibus nostris, aedificiorum mole obratis, & extinctis. Siquidem praeter episcopium utraque Basilica metropolitana, & B. Bartholomaei Apostoli, collapsae sunt; Aedes quoque Virginum Deo Sacratum, Coenobia Ordinum regularium, & magna pars afflictissime Civitatis cum moenis, & Turribus corruit; adeoque amplissimi Ducatus olim caput, ipsoque aeo nostro clarissima Civitas in tristitiam, & luctum conversa est.

Exordium.

§.1. Nos ergo inscrutabili Dei providentia ex Sede Beneventana ad Petri Cathedram evectos decere arbitramur, post multas, & graves Pastoralis muneris curas hanc nequaquam negligere, ut Civitas, in qua Dominus per totos octo, & triginta annos sedere Nos voluit, eodem benedicente, Apostolatus nostri largitatem experiatur. Quamobrem memoria repetentes damna, a tribus Terramotibus, & praesertim a priori, quem memoravimus, Benevento illata, civitati Beati Petri Apostolorum Principis, Sedisque Apostolice imperio subiectae, instaurationi pro debito officii Nostris in posterum consulere cupientes, Constitutionem pro hujus Almae Urbis Nostrae aedificiorum orandis, ampliandisque per felicis recordationis Antecessorum Nostrorum Gregorium XIII. editam, cum Benevento communem facere, atque ad ejus ornatum, & commodum extendere decrevimus.

Causa praesentis Constitutionis.

§.2. Itaque cum novarum aedium, a Romanis civibus dilatandarum reedificationi, absque Vicinorum iactura, idem Gregorius Antecessor Noster prospicere vellet, provida Constitutione

Extensio praefata Gregoriana eorum titionis ad Civitatem Beneventanae utilitatis.

H

anno